





11212 11213.

1803, 16

5

DISPUTATIO JURIDICA  
*DE*  
TUTORE ET  
CURATORE AD  
USURAS EX SUO  
DEBITO USURARUM  
OBLIGATO,

*QVAM*  
CONSENSU  
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS

IN

ILLUSTRI ACADEMIA LIPSIENSI  
P R Ä S I D E

DN. D. LÜDERO MENCKENIO,  
SUPREMÆ CURIÆ PROVINC. ET FACUL-  
TAT. JURID. LIPS. ASSESSORE  
NEC NON PROF. PUBL.

PATRONO ATQVE PRÆCEPTORE SUO  
*ÆTATEM DEVENERANDO,*  
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI  
SUBMITIT  
*A. & R.*

JOHANNES JACOBUS BOSE, LIPS.  
KALEND. MART. A. M DCC. III.

L I P S I Æ,  
Literis IMMANUELIS TITIL.

*J. C. Dr. Petrus  
Bose.*

1393.

DISTRIBUTIO JURIDICA

TUTOR ET  
CURATOR AD  
USUARIAS EX SUD  
DEBITO USURPARI  
ORTIGATO

MAGNIFICI JURIS ORDINIS

JURIS ACADEMIAE LITERARUM  
AKADEMIE

DNB.DUBRO NENCKENO

SUPERIUS CURIAE TRIBUNAL ET RECHT

STATUTA 1147 A 222208  
NATIONON TIRON PUBL

PATRONO FRANCISCEPHORAE ZUBO

PROGESSO HIRDIOTRI EXAMIN

SIMILITUD


JOHANNES JACOBUS BOETIUS

ANNA MARIA WEDDING


1518 TITUL

PERILLUSTRI ATQVE EXCEL-  
LENTISSIMO  
DOMINO, DOMINO  
**JACOBO BORNIO, JC.**  
POTENTISSIMI POLONIARUM REGIS  
ELECTORIS SAXONIÆ  
SANCTIORIS SENATUS  
NEC NON  
SUMMI APPELLATIONUM TRIBUNALIS  
CONSILIARIO,  
REGIÆ ELECTOR. AC DUCAL. SAX.  
SUPR. CUR. PROVINC.  
ASSESSORI,  
CONSISTORII ECCLESIASTICI LIPSIENSIS  
DIRECTORI,  
CAPITULI MARTISBURGENSIS CANONICO,  
FACULTATIS JURIDICÆ LIPS. ORDINARIO,  
DECRETALIUM PROFESSORI PUBLICO,  
SCABINATUS ELECTORALIS SENIORI  
ATQVE PRÆSIDI,  
ACADEMIÆ DECEMVIRO  
ET  
REPUBLICÆ LIPSIENSIS CONSULI,

VIRO  
IMMORTALIBUS IN REMP. MERITIS,  
SUSCEPTORI QVS  
ET  
MÆCENATI OPTIMO MAXIMO,  
PERENNEM FELICITATEM APPRECATUS,  
CUM  
DEVOTA OBSERVANTIE ET PIETATIS CONTESTATIONE,  
TENUES HASCE  
JURIS PRIMITIAS,  
TANQVAM  
INFINITÆ BENEFICIORUM ACCEPTORUM MULTITUDINIS  
SYMBOLA,  
ET  
GRATÆ MEMORIAE HAUD INTERMORITURÆ  
PIGNORA,  
PERPETUUM  
SIBI SUISQVE STUDIIS PATROCINUM  
EXORATURUS,  
OFFERT CONSECRATQVE  
JOHANNES JACOBUS BOSE.



## Conspectus Disputationis.



Ntroitum excipit Rubri explicatio circa  
appellationem Tutorum & Curatorum  
Thes. I. usuraram ex usuris & obliga-  
tionis Th. 2. occupata. Præmisso de-  
inde Statu Controversie : Ulrum  
Tutor Curatorve ex usuris, quas pu-  
pillo debet, usuras solvere teneatur?

Affirmantium recensentur rationes de-  
sumtæ ab officio Tutorum Th. 3. favore pupillorum & aequitate Th.  
4. Sequuntur Sententie Negative argumenta, qua generalem An-  
atocismi prohibitionem Th. 5. non mutatam debitoris personam u-  
sureque naturam respiciunt Th. 6. Afferentibus tamen accedi-  
tur & ad rationes dissentientium Th. 7. & Leges Obstantes respon-  
detur Th. 8. Subjiciuntur his Declarationes, Ampliations &  
Limitationes I. intuitu Personarum ad usurarum hanc Præsta-  
tionem obstrictarum, quibus proximus pupilli Agnatus & Mater  
aut Avia tutelam gerens accensetur Th. 9. eademque necessitas,  
Honorario Th. 10. & ἀνελογίσω tute regulariter liberato Th.  
II. ad Protutores extenditur Th. 12. Ex Curatoribus autem, non  
quidem extraordinarii Mulierum, at Minorum, Furiosorum, Prodi-

gorum huic oneri subjiciuntur Th. 13. à quo Curatorem Concursus Th. 14. Bonorum Absentis Th. 15. & Heredes Tutorum ac Curatorum eximit Th. 16. II.) ratione Usurarum, quas ex usuris Tutores & Curatores præstare tenentur; ubi parum interesse ostenditur, utrum usuræ ante tutelam suscep tam, an postea fuerint debite Th. 17. utrum Tutor eas legitimè acceperit, an in usus suos clam converterit. Th. 18. utrum iis, quas elocare potuit & retinuit, usus sit nec ne. Th. 19. usuras etiam pupillis aque locupletibus ac ceteris deberi evincit Th. 20. non autem ex usuris haud exactis usuras prestantas esse admonet Th. 21. Hinc Quantitas Pupillarium Usurarum secundum Jus Civile & Hodiernum Th. 22. & , an Semisses debeantur, ubi receptæ aut toleratae sunt, investigatur Th. 23. de Tutori, qui majores aut minores pupillaribus antea debuit Th. 24. & 25. de Centesimis verò ex Centesimis Th. 26. ac Centesime Usuræ Uso Hodierno agitur Th. 27. Ceterum cursus usurarum ex usuris quatenus per duorum mensum annua intervalla Th. 28. aut finitam tutelam Th. 29. aut alterius tanti terminos fissatur, expedit Th. 30. III.) De Jure ac Privilegiis hujus usuræ ex usuris, cui jus tacita hypotheca aliaque privilegia pupillaria vindicat Th. 31. eundem illi cum sorte locum Jure Sax. El. tribuit Th. 32. pupillis que ad eandem consequendam Actionem in subsidium contra Fidejussiones Th. 33. & Magistratum indulget Th. 34. Tandem adjecta Questione, an de tutoribus bacenus dicta ad alias administratores Ecclesia, Reip. &c. applicari queant Th. 35. concludit Th. 36.

L. B. S.

On cœlestis tantum Providentia Parentibus orbos peculiari cura complectitur, (a) sed Leges quoque Civiles singulari favore eorum commoda proseqvuntur, & de rebus ipsorum conservandis atque augendis non vulgari solicitudine cauent. Hinc pupillaria nata sunt privilegia, quæ, contra generales Juris rationes, haud pauca in pupillorum utilitatem introduxerunt. Ita enim Jura levem culpam præstare tutorem jubent. l. 7. C. arb. tut. l. 1. ff. d. tut. & rat. distractab. j. l. 10. ff. d. admin. & per. tut. (b) quamvis ex hoc quasi contractu solus utilitatem pupillus percipiat. v. l. 5. §. 2. ff. commod. & facultatem vindicandi res, pupillari pecunia à Tute vel Curatore emtas, in tutela vel cura constitutis largiuntur. l. 2. ff. quand. ex fact. tut. j. l. 3. C. arb. tut. (c) per exceptionem à regula Legis 6. C. d. R. V. Pariter utilitati pupillorum prospiciunt Leges & dolo ac negligentiæ tutorum occurtere student, varia illis concedendo commoda cum tutorum gravi sèpe incommodo conjuncta. l. f. C. arb. tut. l. f. ff. rem. pup. salv. l. 7. §. 3. l. 15. ff. d. adm. & per. tut. l. 7. ff. qui pot. in pign. Quibus an accenseri debeat Jus exigendi usuras ex usuris, quas tutor curatorve, debitor

tor pupillorum aut minorum &c. suo tempore non solvit, dispari inter Dd. deciditur suffragio. Mihi, discussis breviter dissidentium rationibus, haud male Juri convenire visa fuit sententia, quæ Pupillis favet & Tutorum industriam acuit. Quam dum præsenti Dissertatione defendere, &c, adjectis quibusdam ampliationibus & limitationibus, publicæ Eruditorum Censuræ subjicere conor, Divini Numinis Præsidium Tuumque L. B. affæctum expeto.

(a) Exod. XXII. 23. 24. Deuter. XXVII. 19. (b) FRANZK. Ex. 3. q. 9. CARPZ. p. 2. C. 11. d. 35. n. 1. STRUV. S. J. C. Ex. 31. t. b. 38. BACHOV. ad Treutl. V. 2. D. 9. th. 5. l. c. HAHN. ad Wes. t. d. tut. & rat. disfrab. n. 5. (c) BRUNNEM. ad l. 2. ff. quand. ex fact. tut. n. 1. sq. CARPZ. p. 1. C. 28. d. 109. n. 2. sq. SALICET. ad l. 8. C. d. R. V. n. 2. HARTM. PIST. l. 1. q. 7. n. 3. DISSENT. ANT. FAB. Conject. L. V. c. 9. n. 2.

## Th. I.

**U**T autem nec verborum nimiam nec nullam rationem habeam, per breveum Rubri, non adeo obscuri, interpretationem præmitto. Tutores à tuendo nomen accepisse, res ipsa docet & Leges nostræ innuunt. §. 1. 2. J. d. tutel. l. 1. §. 1. ff. eod. (a) cum defendere teneantur pupilos, qui per ætatem sibi prospicere nequeunt. §. 6. J. d. Attil. tut. His junxi Curatores, qui præcipue rebus Minorum similiusque personarum eadem fere solertia, qua impuberibus tutores, providere debent. Nam quamvis sint, qui eos tutorum appellatione contineri. a. l. 5. C. d. Cur. fur. l. 101. §. 2. ff. d. cond. & dem. sibi persuadeant, (b) facilius id tamen de usu hodierno & nomine derer. Vorimunder

**D**er. a.R. f. d. A. 1577. t. 32. §. 1. (c) quam ex sententia Juris Civilis asseri posse puto, quo diligenter Tutoris & Curatoris delictum attenditur, cum hic principaliter rei, ille personae constituantur. l. 14 ff. d. test. tut. §. 4. f. quitest. tut. dar. j. l. 12. §. 3 ff. d. adm. & per. tut.

(a) ECKOLD. ad ff. t. d. tut. §. 1. VINCENT. MANZIN. d. tut. q. 1. n. 20. (b) ANTON. PIAGG. d. tut. & cur. q. 8. n. 1. HUG. GROT. flor. spars. ad Jus Justin. tit. f. d. curat. HAHN. ad West. t. d. tut. n. 3. CARPZ. p. 2. C. II. d. 10. n. 6. (c) HUBER. ad ff. t. d. tut. pos. 2. in fin. SIM. van LEEWEN. Cens. for. P. I. l. 1. c. 16. n. 5. SCHILT. ad ff. Ex. 37. §. 4. GISEBERT. Per. Stat. Harm. 2. art. 19. n. 12. sq. n. 39 seq.

## Th. II.

*U*sure ab utendo dictæ sunt, (a) quia propter usum potissimum præstantur. a. l. 58. §. 6 ff. ad Sct. Trebell. cumque lucratioræ, e. g. quæ lege determinatam quantitatatem egrediuntur, ne quidem à pupillis accipi possint. a. c. 4. X. d. usur. (b) facile intelligitur de compensatoriis hic in primis disquiri, quibus utilitas, quæ per mutuum Creditori abest, refarcitur. Non excludo tamen punitorias, quas vulgo dicunt, & tutor vel ob moram adhibitam vel ob violatam fidem solvere tenetur. a. l. 38. ff. d. neg. gest. de quibus infra dicendi erit occasio. Dum vero usuras ex suo usurarum debito solvendas respicio, non ab aliis debitoribus per tutorem exactas considero, quarum intuitu usuræ à tutorе absque dubio sunt præstandæ. l. 7. § 12. ff. d. adm. & per. tut. a. l. 58. §. 1. ff. eod. ita enim etiam Curator ex usuris, quas à tutorе redditis rationibus accepit, ad usuras obligatur. a. d. l. 1. 58. §. ult. ff. eod. (d) sed de usuris usurarum, quas tutor, tanquam tutelæ administrator, ipse debuit, ab eo una cum forte & prioribus usuris pupillo inferendis, sum sollicitus. Cujusmodi præstationem alias ἀναρκούμενης i. e. rege-

nerationem (e) nominant, cum usuræ usuras quasi pariant, & per has præstationes augmenta ex augmentis quantitati debita accedant. *Obligatum* dico eum, qui vinculo juris efficaci ad producendam actionem solvere tenetur. v. pr. J. d. Obl. l. 3. ff. eod. (f) Brevi hac expositione tituli præmissa *investigari conveniet*, *Utrum juris ratio tutorem vel curatorem ad usuras usurarum ex debito suo solvendas obstringi patiatur*. Quod cum alii affirment, alii negent, utriusque partis fundamenta exhibebo, ut, cai accedendum sit sententia, in utilissima hac quæstione, tanto facilius perspiciat.

- (a) FRANC. HOTTO MANN. *d. Usur. l. l. c. i. p. l.* VALLEN-SIS ad Decret. t. d. *Usur. n. 1.* (b) CARPZ. *p. 2. C. 30. d. 3. n. 4. seq.* (c) Id. *p. 2. C. 30. d. 32. n. 2. seq.* Dn. LYNCKER. Dec. 996. ZANGER. *d. Except. P. 3. c. 25. n. 21.* (d) WISSENB. *ad ff. t. d. Usur. tb. 4. in f.* (e) Conf. HOTTO MAN. *d. Usur. c. 3. p. 25.* (f) FRANZK. *ad t. Inst. d. Oblig. n. 4.*

### Th. III.

*Qui Usurarum Usuras a Tutori sive Curatore* (de eo autem, urgente paritatis ratione, in posterum idem affirmabo, quod de tutori afferitur, verborum facturus compendium. v. pr. J. quod cum eo, qui in al. pot.) *hoc casu peti posse statuunt*, (a) præcipue *expendunt officium tutorum*, vi cuius non aliter se gerere debent erga seipso atque erga debitores quoscumque extra-neos. l. 9. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. (b) unde inferunt, tutorem, qui usuras ab aliis debitas exigere & in sortem convertere jubetur, eadem obligatione ad usuras teneri, quas ipse sponte sua inferre debuit. Siquidem iniquum videtur, tutorem in præjudicium pupillorum patrimonio ipsorum abutiri; quod contingit, si ipse in suos usus pupillarem pecuniam convertat, nec tamen eandem fidem præstet circa usuras, quas debet, ratio-

( 2 ) II ( 3 )

tionibus suis inferendas, quam in usuris aliunde acceptis exhibet. Neque enim conditionem negligentium improborumve tutorum, his, qui stato tempore usuras pupillares solunt, meliorem esse convenit, quandoquidem muneris ratio jubet, tutores etiam usuras acceptas mutuo dare, aut in immobilium emtiones collocare, idque si facere potuerint prætermiserintque, ex pecunia, tanquam sorte, usuras præstare cogentur. Quodsi vero morosi tutores, occasione actu usuras in sortem convertendi haud destituti, nihilominus, ob solam conversionem prætermissam, ab usuris usurarum immunes redderentur, pro poena, quam merebantur, præmio, invita æquitate, potiti. a. l. 1. §. 1. ff. d. dol. mal. lucrum ex tutela nanciscentur, usurarum fructu in proprias utilitates verso. l. 58. pr. ff. d. adm. tut. Atque hoc in primis cum Jure Hodierno consiprat, quo singulis annis tutores ad offerendas rationes obligati sunt. R. J. d. A. 1577. l. 32. §. 3. j. P. 2. C. El. II. (c) itaque usuras non modo, quas debent, solvere & in rationes referre, sed etiam deinde aliis sub usuris credere aut has, cum eodem onere, suis usibus applicare tenebuntur, quandoquidem absconum foret, credito tutori dato, aut ab eodem usurpato, detriorem fieri conditionem pupilli, quam si extraneo credereatur, & tutelam, ad promovenda pupillorum emolumenta inventam, iisdem imminuendis cedere vinculumque obligacionis in tutori laxius reddere. a. l. 7. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. Pecat igitur tutor, qui hoc officium negligit, adeoque ex usuris, quibus fruitur, non solutis, ac si suo tempore eas præstitisset, obstringitur; siquidem per eum, cuius interest, stat, quomodo conversio usurarum in sortem fiat, quippe qui eam perficere, urgente officio, debuerat potueratque, eadem igitur pro conversa in sortem meritò fictione juris agnoscitur. a. c. 66. d. R. J. 6. l. 161. ff. d. R. J. l. 24. ff. d. cond. & dem. l. 50. ff. d.

contrah. emt. l. 38. ff. locat. l. 20. §. 9. ff. d. nov. oper. nunc. j. l. 71. §. 1.  
 ff. de condit. & dem. l. 9. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. (d)  
 (a) BERL. P. 2. Dec. 268. n. 13. VOET. ad ff. t. d. Usur. n. 20.  
 BRUNNEM. ad l. 7. §. 12. ff. d. admin. & per. tut. n. 25. Id.  
 Cent. 1. Dec. 73. Dn. LYNCKER. P. 2. Dec. 996. FROM-  
 MANN. D. d. Anatocism. tb. 23. BACHOV. ad Treutl. V. 2.  
 D. 3. tb. 5. l. a. verb. ubi tamen. CAVALCAN. d. tut. & cur.  
 n. 116. MEVIUS ad Jus Lubec. lib. 1. t. 7. art. 7. n. 22.  
 COTHMANN. V. 4. Resp. 41. n. 24. PETR. MULLER. d.  
 Pecun. Pupillar. th. 43. (b) Dn. LYNKER. & BRUNN.  
 cc. ll. (c) CARPZ. p. 2. C. El. II. d. 2. (d) Conf. PETR.  
 PECKIUS ad c. 66. d. R. J. 6. n. 2.

## Th. IV.

Accedit singularis pupillorum favor, quorum jura à tutoribus conservari augerique, at non imminui, fas est. Detrimentum verò eos sentire, si excludantur à lucro, quod percipere ex usuris potuissent ac debuissent, satis fit manifestum. Unde æquitas Dd. suo hanc opinionem suffragio adjuvantium recte defenditur, necessitate sub fœnore collocandi pecuniam pupillarem ex officio tutoris obligationem ejus ita afficiente, ut pro mero debitore haberi, illiusque beneficiis plenissime frui, nequeat. (a) Cum enim usurarum præstatio per se nihil injusti contineat, (b) usuras pupillares hoc jure, uti æquisimum est, quo sublato occasio enascitur tutoribus iniquum captandi emolumendum. Præterea debitores minorum LL. ipse in judiciis b. f. & his, quæ eadem imitantur, in mora constituant non interpellatos, juxta l. 3. C. in quib. caus. in integr. rest. j. l. 26. §. 1. ff. d. fideicommiss. libert. (c) itaque tutor, ex tutela administratione debitor, in usuris præstandis morosus ad hanc indemnitatem pupillo tanto fortius obstrin-  
 getur,

getur, quanto certius est, ipsum usuras ab aliis acceptas, & multo magis à se cogendas, sub usuris collocare potuisse ac debuisse. a. l. 7. §. 10. 11. 12. l. 9. §. 3. 4. ff. d. adm. tut. novoque jure in mutuo etiam ex mora usuras, tanquam interesse determinatum, deberi. R. J. d. A. 1600. §. 139. Ord. Torg. d. A. 1583. t. von Bucher. §. als haben wir. (d) at in mora deprehenditur tutor, suas usuras in rationes haud referens, cum easdem à se exigere debuerit. l. 9. §. 4. ff. d. adm. & per. tut. j. l. 3. C. in quib. caus. in intr. ref. favor pupilli concurrat & æquitatis ratio patiatur, eum, qui suo commodo mutuum sibi scribendo favere. d. l. 9. §. 7. ff. evd. atque sic creditoris & debitoris personam referre potest, utramque personam quoque in exigenda à se pecunia, emolumento pupillorum, suscipere teneri. a. l. 10. ff. d. R. J. maxime quia ipsum jura pecuniam expeditius à se, quam ab aliis, exigere voluerunt. l. 9. §. 3. ff. d. adm. tut. permiseruntque tutori, solutione de suo ab usuris pupillum liberanti, expensæ quantitatis usuras postulare, quæ non minus pupillum, quam usurarum usuræ eidem creditori solvendæ, premuat. l. 3. §. 1. ff. d. contrar. tut. act. j. l. 37. ff. d. usur. (e) Atque in eam sententiam à JCtis Lipsiensibus, Jenensibus & Francofurtanis decisum & responsum esse, Dd. (f) allegati supra testantur.

- (a) Conf. BRUNN. ad l. 7. §. 12. ff. d. adm. & peric. tut. in fin. Id. Cent. t. Dec. 73. n. 6. (b) PUFEND. d. Jur. Nat. & Gent. L. V. c. VII. §. 9. seq. TEXTOR. Syn. Jur. Gent. c. 13. n. 9. seqq. CARPZOV. Jurispr. Consist. l. 2. d. 319. n. 3. seq. COCCEJ. Disp. d. Anatocismo. sect. I. §. 5. seqq. (c) ANT. FAB. in C. l. 6. t. 24. d. 14. CARPZ. p. 2. C. 30. d. 23. HUBER. ad ff. t. d. Usur. pos. 15. (d) CARPZ. l. 4. Resp. 50. n. 22. seq. (e) Conf. GERARD. NOODT. d. fæn. & usur. l. 2. c. II. p. 157. (f) v. BERL. P. 2. Dec. 268. n. 14. BRUNN. dd. II. n. ult. Dn. LYNCKER. l. c.

Ab hac tamen sententia multi Dd. recedunt & tutorem ex propriis usuris ad usuras obstringi negant ; (a) urgent ii potissimum generalem Anatocismi prohibitionem metumque, ne tutor usurarum mole opprimatur. Quamvis enim usurarum ex usuris præstatio Juri Divino haud repugnet, nec quicquam iniqui per se contineat (b) Legibus tamen humanis omnis fere ejusdem usurpatio improbata ipsis videtur. Siquidem Justinianus non tantum. l. 28. C. d. usur. j. l. 20. ff. eod. l. 20. C. ex quib. caus. infam. severe prohibuit, ne usuris usurarum incrementum accederet, sed etiam Recessus Imperii hanc sanctionem pari generalitate confirmarunt. v. R. f. d. A. 1577. t. 17. §. 1. von Wucherlichen Contracten. Quibus suffragatur Jus Saxonum E-lect. in Rescripto Torgav. d. A. 1583. t. von Wucher und wucherlichen Contracten. §. desgleichent. adeo ut nec favor rei judicata. l. 3. C. d. Usur. rei judic. nec commerciorum utilitas in mercatoribus exceptioni locum relinquit. a. d. l. 28. C. d. Usur. j. l. 8. ff. d. public. in rem act. (c) Cum igitur debitores alii ex pupilli credito usuras, non usurarum usuras, solvere cogantur, (d) idem in tutori, usuras pupillo solvendas in usus suos convertente, attendendum esse existimant.

- (a) HUBER. ad ff. t. d. usur. pos. 9. SAND. Decif. Fris. l. 3. t. 14. d. 6. CARPZ. p. 2. C. 30. d. 32. id. de Asyl. debit. pos. 30. n. 361. STRUV. in Diff. d. Anatoc. tb. 22. in f. id. Ex XXXVII. tb. 51. in fin. ibique Müller. in not. BRUNNEM. ad l. 28. C. d. usur. n. 3. seqq. LIPOLD. d. Anatoc. c. 3. §. 1. in fin. FRANZK. l. 2. Ref. 19. n. 30. seqq. (b) Dn. COCCEJ. d. Anatoc. f. 1. §. 18. FROMMAN. d. Anatoc. tb. 7. 8. Diffent. LIPOLD. d. Anatoc. c. 2. §. 1. (c) CARPZ. p. 2. C. 30. d. 34. BRUNN. ad l. 28. C. d. usur. n. 1. Dn. COCCEJ. d. D. scđt. 4. §. 3. (d) CARPZ. d. C. d. 30. n. 1.

Th.

Præterea monent Dd. inter tutorem ex usuris ab aliis acceptis usuras præstantem & casum præsentem manifestam intercedere diversitatem, eò quod hoc loco, manente eodem debitore, usuræ non desinant esse usuræ, atque ideo fortis instar censeri nequeant; non mutata autem debitoris persona per injuriam opprimatur tutor, exactis usuris ex forte & usuris contra Juris rationem. Præcipue cum alia pœnæ satis in officio tutores retineant, quippe qui, ob pecuniam pupillorum in propriam utilitatem clam conversam, centesimas usuras solvere compellantur. *l. 38. ff. d. neg. ges. sed cum sunt debitores pupillorum, non nisi ex sorte. a. l. 9. §. 4 ff. d. adm. tut.* Quam sententiam præjudicüs confirmant *Carpz. Sand. aliique Dd. supra cc. II.*

Quamvis autem haud exigui ponderis esse videantur argumenta, quibus Jcti laudati negativam tuentur sententiā, licebit tamen mibi *Affirmantium partibus*, salvo aliorum judicio, accedere, cum non desint, quæ ad allegatas rationes regeri queant. Non itaque impugnabo expressas Juris nostri de Anatocismo constitutiones; sed id tantum, quod ipsi Dis-sentientes maximam partem largiuntur, afferam, pati hanc prohibitionem suas limitationes. Petunt fidejussores usuras ex usuris, quas pro principali debitore solverunt. *a. l. 12. §. 9. ff. mandat. l. 37. ff. d. usur. (a) & tutores ex usuris, à quibus pupillum solutione sua liberarunt. l. 3. §. 1. ff. d. contrar. tut. & ut. act. j. N. 160. c. 1. (b)* Ut alias exceptiones, quas prolixe Dd. commemorant, nunc lubens prætermittam, plerique largiuntur *Legi 28. C. d. usur.* locum non esse, quoties vel debitoris mutata est persona, *(c)* vel usuræ fortis natu-

ram habent. Proinde non dubitaverim tutori, in controversia præsenti, duplitem quodammodo tribuere personam, cum debitoris vices & tutoris, exigentis & solventis usuras sustineat. *l. 9. §. 7. ff. d. admin. & per. tut.* Adeoque usura, quam in sortem redigere tenebatur, sortis loco apud eum erit, licet ipsius fraude aut culpa soluta non sit, & quantitas ac qualitas usuræ pupillaris, probatis ejusdem requisitis, sæpe per sententiam, quæ intercedit, demum declaretur. *a. l. 2. C. d. Jur. emph. l. 15. ff. qui & à quib. manum.* Nam brevi quasi manu ex usura fors, in favorem pupilli, constitui videtur, tuteore retineante pecuniam, quam sibi solvere debuerat. *a. l. 38. ff. d. neg. gest. j. l. 15. ff. d. Reb. Cred. l. 34. ff. mandati. l. 161. ff. d. R. J.* Interim Usuræ Centesimæ favorem pupillorum non minuant, sed augent, & usuris, novæ sortis naturam induentibus, nihil detrahunt, illicitum verò factum saltem coercent, nec hodiè usu fori æquè, ac olim, probantur. *conf. tb. 27.* ut adeò infirmo nitantur ratiocinio, qui eas objiciunt, ne numero plura privilegia concurrant; perinde ac si juris providentia variis modis in tutela constitutis haud prospiceret. *a. l. 2. ff. quand. ex fact. tut. l. 20. C. d. admin. tut. l. 42. ff. cod. j. l. 12. C. quipot. in pign. l. un. C. d. R. II. A.*

- (a) MEV. P. 6. Dec. 328. BERL. Decif. 268. n. 33. COCCEJ.  
*d. Anatoc. f. 2. §. 8.* (b) BERL. l. c. n. 29. seqq. ubi prej.  
RICHT. *d. Jur. & Privil. Credit. c. 7. n. 90.* (c) CARPZ.  
*p. 2. C. 30. d. 48. n. 5. seq. Jd. Pr. Cr. qv. 91. n. 82.* Dissent.  
COCCEJ. *d. Dissert. f. 2. §. 2.*

### Th. VIII.

Quodsi ad Textus, quorum subsidio Dissidentes utuntur, convertar, Lex 9. §. 4. ff. d. adm. & per. tut. tutorem ab usurarum usuris non liberat; siquidem, dum gravioribus usuris,

ex

ex debito ante tutelam susceptam contracto residuis, eundem onerat, praesentem de usurarum usuris questionem nec tangit nec decidit. Fortius videtur obstare L. 3. C. d. usur. rei judic. quae nullum relinqui vult casum, quo usura ex usuris praeftetur, & hujusmodi machinationem odiosam esse ostendit. Verum non magis ea me movet, quam th. praeced. adducta L. 28. C. d. usur. nullo modo usuras usurarum à debitoribus exigiri permit-tens, cum generalitatem juris specialitas, in proposita questione deprehensa, restringat, nec usuras ex usuris solvere videa-dur, penes quem usuræ fortis loco aut sunt aut certe esse debe-bant, ne lucrum ex tutela faceret. l. 58. pr. §. 1. ff. d. adm. & per-tut. ut taceam, haud exiguum esse usurarum pupillarium favo-rem, quæ interesse pupilli determinatum quodammodo con-tinent. a. l. 7. §. 3. 11. 12. ff. d. admin. tut. l. 58. §. 3. 4. j. l. 49. ff. cod. (a) Quare licet L. 26. §. 1. ff. d. cond. ind. usurarum usuras nec exigi nec in stipulationem deduci posse doceat, imo solutarum quoque, tanquam indebitarum, repetitionem largiatur, ad tu-torem tamen ea transferri non poterit, inter quem aliquos debitores maxima deprehenditur diversitas, cum ob dupli-cem, quam gerit, debitoris & tutoris, personam, usuras, quas debet, ipse exigere, solvere ac in sortem convertere teneatur. Fori usum si intuear, pro sententia negativa Carpz. & Sandius; pro affirmativa Brunnemann Berlich. & Dn. Lyncker afferunt responsa, ut adeo Praxin modernam esse ambiguam diffiteri non licet.

(a) BARTOL. ad l. 7. §. 3. ff. d. adm. tut. n. 2. CARPZ.  
l. 4. Resp. 45. n. 9. seq. PHIL. ad Dec. El. 9. obs. un. n. 12.  
conf. RAUCHBAR. Part. 2. q. 26. n. 11. seq.

Sed quia tutores alios testatoris voluntas. l. i. ff. d. test. tut.

C                      *alias*

alios legis dispositio. l.s. ff. d. legit. tut. alios magistratus arbitrii constituit. pr. f. d. Attil. tut. quæ haec tenus de tutoribus in genere dicta sunt, ad omnes perinde pertinebunt. Quamvis igitur apud Saxones Agnatus Tutor & proximus pupilli successor non quotannis, verum finita demum tutela, rationes reddere jubeatur. QR. L. I. a. 23. (a) non minor tamen ejus circa administrationem & fidem pupillo praestandam est obligatio; adeoque is etiam usuras ex usuris, quas apud se vel alium collare debuisset ac potuisset, solvere compelletur: sibi enim imputet, quod usuras a se non exegit. l.g. §.3. ff. d. admin. & per. tut. j. l. 203. ff. d. R. f. Imo ne Matrem quidem aut Aviam hic alio jure uti crediderim, cum enim Juris ignorantia & alia mulierum beneficia tutelam, munus masculis alias proprium. l.f. ff. d. tutel. gerenti non succurrant. N. 94. c. 2. j. N. 118. c. 5. singularis, quem liberis debet, amor non patietur, eam hac in parte minus obligari pupillis, quam tutores quoscumque extraneos, (b) siquidem, lege & illius ratione non distingvente, nobis distingendum non erit. a. l. 8. ff. d. publ. in rem aet. atque introducta ex certissima affectus presumtione in utilitatem pupillorum tutela in deteriore eos conditione, quam alias, haud constituet. a. d. N. 94. c. 2. pr. f. d. auctor. tut.

(a) COLER. Dec. 6. n. 10. CARPZ. p. 2. C. II. d. 3. n. 10. PHIL. Uf. Praet. J. Ecl. 84. n. 8. & ad Dec. El. 36. O. 1. Diff. MOLLER. ad P. 2. C. El. II. n. 8. (b) CARPZ. p. 2. C. II. d. 5. n. 6. ANT. FAB. in C. l. 5. t. 31. d. 4. n. 5.

### Th. X.

De Honorario Tute, non administrationem sed inspectionem curante, an idem sit judicandum, per pensionem meretur. Evidem tutor honorarius observare tenetur solicite actus tutelam gerentis, cum periculi quoque sit particeps, ac pecu-

pecunia<sup>e</sup> pūpillaris rationem habere jubeatur. l. 3. §. 2. ff. d. adm.  
 & per. tut. (a) ipse tamen usuras in sortem redigere non com-  
 pellitur. Adeoque, si mutuo illi data sit pupilli pecunia, & u-  
 suras suo tempore non præstiterit, tutor, qui administravit,  
 convenientus erit, quod eas non exegerit; honorarius autem  
 ab usurarum solutione ex usuris immuni<sup>s</sup> erit, ob laxius, quo ipse  
 obstringitur, vinculum & deficientem regulariter in ipso ad-  
 ministrandi & rationes reddendi necessitatem. a. l. 26. §. 1. ff. d.  
 testam. tut. j. l. 15. §. 9. ff. d. excusat. l. 14. §. 1. ff. d. solut. (b) idque  
 multo magis in tute honoris gratia tantum, ut eum pupillus  
 revereatur, constituto obtinebit. d. l. 26. §. 1. (c)

(a) BRUNNEM. ad l. 3. ff. d. admin. & per. tut. n. 6. (b) BAR-  
 TOL. ad. d. l. 14. §. 1. ff. d. solut. n. 2. LAUTERB. Diff. d. ho-  
 nor. tut. th. 25. (c) Conf. BARTOL. ad l. 26. §. 1. ff. d. test.  
 tut. n. 1.

## Th. XI.

Huic jingo Tutorem, quem Patris ultima voluntas ad ra-  
 tiones reddendas hanc obstringi, sed even<sup>λόγον</sup> esse voluit. Quo  
 nomine eum non comprehendo, cui inventarii conficiendi  
 necessitatem testator remisit: hic enim nec à rationibus im-  
 munis est. a. l. 5. §. 7. ff. d. adm. & per. tut. (a) nec privatam re-  
 rum omnium consignationem negligere debet. a. l. 13. §. 1. C.  
 arb. tut. j. l. 10. ff. d. confirm. tut. (b) sed illum saltem denoto,  
 quem a rationum redditione testator jussit esse liberum. v. l. 5.  
 §. 7. l. 41. ff. d. adm. & per. tut. Qui cum ex bona fide admini-  
 strare jubeatur, & de dolo tantum teneatur. a. d. l. 41. j. l. 27. §. 3. ff.  
 d. pac<sup>t</sup>. (c) durum esset, præter usuras, usurarum usuras ab eo exi-  
 gi; unde si usuras, quas debuit, in sortem haud converterit  
 atque dolo careat, non perinde, ac cæteros tutores, ipsum ob-  
 stringi putaverim. a. l. 24. C. d. usur.

(a) Conf. VENN. S. Q. l. 2. c. 16. Conf. MOLLER. l. 1. Sem. c. 39.

CARPZ. p. 2. C. 11. d. 4. (b) Conf. CARPZ. VENN. & MOLLER. l. cc. Conf. BOERIUS Dec. 61. n. 12. (c) BARTOL. ad l. qui plures in fin. ff. d. admin. & per. tut. BRUNN. ad l. s. §. 7. ff. eod. MENOCH. l. 4. pref. 164. n. 4 seq. Conf. ALCIAT. parerg. l. 2. c. 25.

## Th. XII.

*At nulla Juris ratio ab usuris, de quibus ago, eximit eum, qui pro tutori se gessit.* Is enim eandem fidem & diligentiam, quam verus tutor, praestare, nec non rationes reddere tenet. a. 4. ff. d. eo, qui pro tut. vel cur. l. 1. C. eod. (a) licet æquali cum eo potestate non polleat. l. 1. §. 3. l. 2. ff. eod. Quoties igitur iste pecuniam pupillarem in suos usus convertit, aut usuras solvat in sortem redigendas, aut eas deinde cum usuris restituat, ne melior ejus sit conditio, qui se gessit pro tutori, quam legitime constituti tutoris; quippe cui imputari potest, cur administrationem tutelæ ad se non pertinentis attigerit. l. 1. §. 9. ff. d. eo, qui pro tut. j. l. 36. ff. d. R. J. (b) præcipue cum in protutelæ judicium usuræ quoque veniant. l. 1. §. 8. ff. eod. ac Protutor de iis non solum respondeat, quæ gessit, sed & his, quæ gerere debuit. d. l. 1. §. 9. ff. eod.

(a) STRUV. S. J. C. Ex. 31. th. 72. BEROIUS V. 3. conf. 126. n. 2. HUBER. ad ff. t. d. eo, qui pro tut. pos. 3. (b) BERL. Dec. 230. n. 7.

## Th. XIII.

Hactenus de tutoribus asserta ad curatores quoque minorum pertinent, ut rubrum Dissertationis & th. 3. indicat. Nunc autem investigare licebit, an & ad alios perinde Curatores necessitas usuras ex usuris solvendi extendi debeat. Cum itaque Curator Mulieris administrandi facultatem non habeat, (a) sed consensum ei tantum in negotiis praestet. P. 2. C. El. 15. haud dubito, eum ab hac prestatione liberare. Nam si vel maxime fœ-

mi-

mina illius consilio invitata pecuniam Curatori suo sub usuris  
credat, idemque eas vel sponte vel exactas non praestet, ad usur-  
ras ex iis haud obstringetur; quod si tamen dolus Curatoris in-  
tercedat, ratione emergentis inde damni conveniri poterit. a.  
l. 47. ff. d. R. f. (b) Curatoris Furiosi idem fere officium est, quod  
tutoris. a. l. 56. §. 4. ff. d. furt. unde, consilio ac cura personam &  
patrimonium ejus tueri. l. 7. ff. d. cur. fur. nec prætermittere ea,  
quæ utilia esse judicaverit, ad similitudinem aliorum tutorum  
Curatorumve, debet. l. 7. §. 5. C. cod. Is igitur usuras ex usuris  
solvere tenebitur, nisi eas suo tempore præstiterit, idemque in  
Curatore obtinet, qui Prodigo constituitur, aut ei, qui mente captus  
est, quia pariter administrandi necessitas & studium utilitatem  
promovendi eorum, qui sub cura sunt, eidem incumbit. v. l. 1.  
ff. d. cur. fur. l. 33. ff. d. furt. hinc etiam furiosis & prodigijsus ta-  
citæ hypothecæ in bonis Curatorum non denegandum esse,  
duco. a. l. 7. §. 5. 6. C. d. cur. fur. d. l. 33. l. 21. ff. d. reb. autor. jud. poss.  
(c) cum securitati istarum quoque personarum jura prospice-  
re voluerint, & ab his, quibus curatores ad fidem ac diligen-  
tiam eandem obligantur, istud indemnitatis consequendæ re-  
medium haud removeri fas sit. dd. II.

- (a) MOLLER. l. 2 Sem. c. 3. n. 3. BERL. P. 2. concl. 18. n. 39.  
CARPZ. p. 2. C. 15. d. 33. n. 5. 6. (b) CARPZ. d. d. n. 1.  
MOLLER. P. 2. C. 15. n. 102. ZANGER. d. Except. P. 3. c. II.  
n. 54. (c) MUNNOZ. de ESCOBAR. d. ratioc. admin.  
c. 39. n. 4. BERL. P. 1. concl. 67. n. 23. DISS. LAUTERB. Diff.  
d. tac. pign. th. 35.

## Th. XIV.

Dum ad Curatorem Bonorum debitoris convertor, an-  
ceps se offert quæstio, Utrum, quæ de aliis Curatoribus Th. præc.  
dicta sunt, ad istum quoque pertineant. Evidem is, qui ad li-  
tem constituitur, & in specie appellatur *Curator Concursus*, ab

hic præstatione liberandus venit, cum de judicialibus tantum respondeat, (a) sed utrum idem de extrajudiciali, qui administrationem bonorum suscepit, dicendum sit, non caret dubio. Cum enim is in Creditorum utilitatem in primis constituatur. a. l. 2. pr. §. 1. l.f. ff. d. cur. bon. dand. &c., instar tutoris Curatoris, rationes reddat, reliqua restituat & creditoribus latam levemque culpam præstet. a. l. 1. §. 17. 22. ff. d. ventr. in poss. mitt. d. l.f. (b) conf. Mand. El. d. A. 1682. wie es hinsüdhro bey der Stadt Leipzig. Ord. Cambial. premis. videri poterat eadem ratione ad usurarum usuras devinctus; veruntamen cum non eam ob causam administret, ut pecuniam, quam invenit, aliis credendo elocet, sed ex illa creditoribus satisfaciat, non eandem ejus, que reliquorum curatorum, conditionem esse appareat. Quodsi autem, lite pendente, pecunia ipse utatur, usuræ ab ipso jure exigentur, at non usurarum, cum ad eas in formam convertendas haud sit obstrictus. a. l. 38. ff. d. neg. gesl. l. 48. ff. d. admin. tut. j. l. f. ff. d. cur. bon. dand.

(a) v. BRUNNEM. d. Concurs. Cred. c. i. §. 10. ibique Dn. STRYK. verb. creditorum. RICHT. Dec. 58. n. 25. GAIL. L 2. Obs. 108. n. 11. sq. (b) STRUV. S. J. C. Ex. 44. th. 71.

## Th. XV.

*Transfo ad Curam Bonorum Absentis, quæ Germania con-  
suetudini potissimam originem debet, (a) adeoque ex mori-  
bus judicandum, quid ab eo exigi possit vel nequeat. Curator  
bit tanquam administrator quidem rationes reddere. a. l. §. 3. ff.  
d. tut. & rat. diftrib. & reliqua restituere jubetur (b) ab usurista-  
men ex usurarum debito persolvendis absolvere ipsum videtur spes-  
cialis hujus cure indebet: cum non pari ratione absentium ac pupil-  
lorum commoda leges promoveant. a. l. 48. ff. d. admin. tut. &  
ipsa spes successionis obligationem ejus attenuet. fac. & R. l. i. a.  
23. nec jus ususve in ejusdem bonis tacitam hypothecam largia-  
tur.*

¶ur. a. l. 22. §. 1. ff. d. reb. aut. jud. poss. j. N. 18. c. 5. (c) aut personam administratoris æque idoneam, atque in curatoribus minorum, desideret. a. §. un. f. d. fiduc. tut. j. §. 13. f. d. excus. tut. (d) Non itaque ab ordinaria minorum cura ad curateland absentis anomalam & exorbitantem recte infertur, neque id, quod in pupillis & minoribus ob singularem eorum favorem introductum est, ad personas adultas, accedente circumstantiarum specialitate, trahere licet. a. d. l. 48.

- (a) SCHILTER. ad ff. Ex. 15. th 72. CARPZ. p. 3. C. 15. d. 48.  
n. 2. id. Dec. 135. n. 12. (b) JAC. SCHULT. ad MOD. PIST.  
P. 3. q. 126. n. 32. CARPZ. p. 3. C. 15. d. 55. sq. ANT. FAB.  
in C. l. 5. t. 40. d. 6. (c) CARPZ. d. Dec. 135. n. 14. (d)  
id. add. C. d. 48. n. 8. ANT. FAB. in C. l. 3. t. 24. d. 5. & l. 5.  
t. 40. d. 1. n. 6.

### Th. XVI.

Quoniam hæredes tutorum non tantum ex iis, quæ a Parentibus gesta sunt, sed etiam propter ea, quæ geri debuissent, adeoque ex omissa administratione, obligantur. l. 2. l. 4. C. d. hæred. tut. l. 1. C. si tut. vel cur. non ges. existimaverim ab iis exigi posse usurarum usuras, quas tutor debuit & non præstitit. Ulrum vero ipsi hæredes quoque ex usuris, quas defunctus debuit, usuras solvere teneantur, paucis nunc expendendum erit. Evidem hæres tutoris idoneus explicare debet, quæ a defuncto inchoata sunt. l. 1. ff. d. fidej. & nom. & her. unde usuras quoque ob moram ab eo exigi posse in hoc judicio b. f. manifestum est. l. 32. §. 2. ff. d. usur. j. l. 2. §. 2. ff. d. V. O. non tamen exinde fluit, ad usurarum ex usuris præstationem eum devinciri. Imo, cum exlata tutoris tantum culpa teneatur. l. 1. C. d. hæred. tut. (a) in administrationem vero muneric tutelæ personalis non succedat. l. 1. pr. §. 1. ff. d. fidej. & nom. & her. tut. a se ipso usuras exigere non cogitur. a. l. 4. §. 1. ff. eod. ex quo consequitur,

tur, ne isto quidem casu ab eo usurarum usuras peti posse, quo in arca tutoris inventam pecuniam pupilli in suos convertit usus. Quamvis enim tum adversus heredem actionem tute-  
la & Juramentum in item tribuat l. 4. ff. eod. & usuras pecuniae  
pupillaris, quam agitavit, solvere jubeatur. d. l. §. 2. arbitrio ta-  
men judicis relinquitur, quantas & ex quo tempore praestare  
debeat. d. l. neque is, a quo usuras exigere permittitur, statim  
usurarum usuris onerabitur, cum in herede obligatio, qua tutor  
a se debitas usuras non tantum exigere, sed & in sortem redi-  
gere, jubetur, deficiat: cessante igitur hac ratione frusbra in-  
tenditur ex usuris, tanquam in sortem conversis, usura. a. l. 6. §. 2.  
ff. d. Jur. patron. c. 60. X. d. appellat.

(a) CARPZ. p. 2. c. 11. d. 35. ubi prej. SALICET. ad l. 1. C. d.  
her. tut. BACHOV. ad Treutl. V. 2. D. 9. tb. 5. l. d.  
ECKOLD. ad ff. t. d. fid. & nom. tb. 3. ibique Magnif. Dn.  
SVENDEND. Diff. MEV. P. 8. Dec. 22. CUJAC. l. 21. O. 2.  
Dn. THOMAS. Diff. d. culpa ab her. tut. prestand.  
§. 4. sqq.

### Th. XVII.

Cæterum Tutores, Protutores & Curatores non ex ea tan-  
tum usura ad usuras tenentur, quam durante tutela coeperunt  
debere, sed & si, antequam huic muneri admoverentur, debitores  
pupillorum vel Patris eorum extiterint, ex usuris non solutis, ex tem-  
pore sue accepta administrationis, usuras pendent. a. l. 9. §. 4. ff. d.  
adm. & per. tut. vel cur. nam, licet ratione hujus debiti extranei  
debitoris Juribus gaudere adeoque Legis, quæ Anatocismum  
prohibet, beneficio frui videantur; cum tamen etiam ab aliis  
usuras, quas debent, exigere tutori incumbat, easdem a se  
quoque petere debet, adeoque ex earum prætermissa exactione,  
tanquam ex sorte ab alio accepta, usuras inferet. At Jure Novo  
id facile non contingit, cum debitores pupillorum nec Patris  
ulti-

ultimo elogio. a. N. 72, c. 1. 3. j. l. 55. ff. d. leg. 1. (a) nec magistratus arbitrio. dd. ll. a. l. i. §. 1. ff. d. fer. (b) ad tutelam pervenire possint; sed quia usus hodiernus nonnullis in locis aliud receperit, (c) si debitori deferatur tutela, usuras, ad quas devinctus est, aut solvere tenebitur; ne quid ipsi imputari possit, aut ex usuris, etiam antea debitibus, quatenus eas collocare debuit potuitque, usurarum onus agnoscat. Quod cum solutione temporis evitare licuerit, non sentire censebitur damnum, in quod sua culpa incidit. a. l. 203. ff. d. R. f.

(a) BARDIL. *Concl. Theor. Pr. Ex. 1. concl. 8.* ECKOLD. ad ff. t. d. tut. §. 5. Dissent. CARPZ. p. 2. C. II. d. 19. n. 2. ANT. FAB. in C. I. 5. t. 20. d. t. BRUNNEM. ad l. 9. §. 5. ff. d. adm. & per. tut. n. 7. PEREZ. ad C. t. qui dar. tut. vel curat. n. 5. (b) FIBIG. *Coll. leg. Semidec. 3. qu. 2.* CYNUS ad Artb. Minoris. C. qui dar. tut. vel curat. n. 2. Diss. RITTERSHUS. ad Nov. P. 8. c. 4. n. 15. ANT. FAB. l. c. n. 2. j. CARPZ. d. d. n. 4. seq. (c) de quo v. SAND. l. 2. t. 9. d. 1. GVID. PAPA. Dec. 144. BARTOL. ad Artb. Minoris. C. qui dar. tut. vel cur. n. 11. 12. j. PHIL. Uf. Pr. J. Ecl. 79. n. 5.

## Th. XIIX.

*Circa obligationem ad sepe dictas usuras nibil interest, utrum Tutor sortem legitime, e. g. decreto Magistratus accedente, (a) acceperit, an clam in usus suos converterit. Nam utroque casu usuras ex usuris solvet, quamquam non eadem secundum Jus Civile usurarum debeatur quantitas. a. l. 38. ff. d. neg. gest. (b) Præterea, qui sortem jure accepit, usuras vero in suam utilitatem dolo transtulit, ex istis usuris instar sortis ad usuras obstrin gitur. a. l. 10. §. 3. ff. mand. sive tutor ex usura factus sit locupletior, sive non. (c) Quandoquidem Juris ratio non respicit quæsitum tutoribus commodum. a. l. 10. §. 1. ff. d. neg. gest. l. 7. §. 3. ff. d. adm. tut. sed vinculum obligationis, quo tenentur, & pupillorum datum, in quo versantur, quoties usuræ, quæ in sortem redigi*

D

de-

debabant ac poterant, apud tutorē remanent. Quas igitur ob desidiam solvere cogitur usurarū usuras, eas, ut sine omni præstet incommodo, nullibi requiritur, cum sufficiat, quod culpa sua in damnum incidens illud non sentire videatur. l. 203. ff. d. R. f.  
Nec æquitas aliud dictitat, cum satius sit, negligentem in officio tutorem ex administratione tutelæ detrimentum pati, quam pupillorum commoda ex alieno pendere arbitrio, & fraudibus ac dolis locum relinqui. a. 1.7. §. 11.12. ff. d. adm. & per. tut.

(a) STRYK. d. Caut. Contr. S.3. c.2. §.5. (b) BARTOL. ad d. l. 38.

BACHOV. ad Treutl. V.1. D 10 th. 4.l.a. CUJAC. l.13. Obs. 15.

(c) conf. BRUNN. Cent. 1. Dec. 73. n.6.

### Th. XIX.

*Quod si vero Tutor se usuris, quarum præstationem prætermisit, interim non usum esse ostendat, num hac saltem ratione solvendis usurarum usuris subducetur? Non puto solum hoc sufficere ad declinandas, quas dixi, usuras, si tutor pecuniam, quam ipsi usibus suis applicare non licuit, aliis tuto credere, aut utiliter in comparationem immobilium impendere potuit. l. 7. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. l. 24. C. d. adm. tut.* (a) siquidem hoc non tantum sortis, sed etiam usurarum intuitu obtinere videtur. a. 1.7. §. 12. ff. eod. quibus in sortem redactis ipse frui, vel eas sub fœnore utendas tradere, vel alias utiliter usurpare debuit. Secus est, cum nec prædia venalia, nec commodum debitorem invenit: eo enim casu ex usuris, quibus ipse usus non est, nullas penderit usuras. (b) Se curitati tamen suā rectius prospiciet, si deficiente hanc usuras pupillares colloquandi facultatem Magistratui indicet, easque judicialiter obsignari curet. a. 1.28. §. 1. ff. d. adm. & per. quō a suspicione conversæ in proprias utilitates pecuniae liberetur. fac. l. f. C. d. usur. pupill. l. 122. §. 5. ff. d. V. O. (c)

(a) BRUNN. ad l. 7. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. n. 16. (b) RICHT.

Dec. 13. n. 7. (c) Conf. BRUNN. Cent. 1. Dec. 81. CARPZ.

l. 5. Rep. 99. n. 36.

### Th.

Oneri usurarum non subjici tutorem, qui eas, quas debuit, suo tempore solvit, supra fuit monitum; quod ita tamen ccipiendum, ut, quas sibi solvit, alii, perinde ac quamcunque ab extraneo debitore acceptam pecuniam, in sortem cum emolumento usurarum dare teneatur. Alias intuitu pupilli parum interesseret, utrum plane sibi non solveret memoratas usuras, an solutas relinquenter otiosas. Quare hoc quoque casu, uti ex usura ab aliis debtoribus exacta, l. 7. §. 12. ff. d. adm. tut. ita ex ea, quam a se exegit, & rationibus inseruit, usuras inferet. a. l. 6. §. f. ff. d. neg. gest. Verum cum ex usuris, quas ab aliis accepit, tutorem ad usuras, requisitis id ferentibus, obstringi manifestum sit. d. l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. ff. d. adm. & per. tut. an pariter quoad usuras, quas ab aliis cogere debuit tutor, teneatur, videndum. Evidèm virtute officii suscepti ipse usuras ab aliis exigere. l. 15. ff. d. adm. & per. tut. l. 24. C. d. adm. tut. pecuniamque otiosam sub usuris collocare debuit. a. l. 7. §. 11. ff. d. adm. & per. tut. Otiosa autem videtur esse pupillo usura a debitore extraneo præstanta, (a) adeoque tutorem quoque eam exigere & utiliter impendere teneri asseres, nisi ipse velit usuras suggerere. l. 7. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. verb. usuris plectendi sunt. præcipue quia deficientem facultatem usuram in sortem redigendi urgere non posse videatur, qui in exigendo fuit negligens, ut igitur parum interesse censeatur, utrum quis usuras exegerit, an, cum debuerit, exactiōnem earum prætermiserit. a. l. 15. ff. cod. attamen, quoniam tutor citra moram suas usuras rationibus pupilli inserere potest & debet, pecuniaque, quam patrimonio pupillorum inferre debebat, utitur; verum circa colligendas a debtoribus usuras non uno sāpe modo impeditur, neque adversus extraneos ita ut contra se sine actione experiri potest. l. 9. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. j. l. 6. §. f. ff. d. neg. gest. & circumstantiarum vis moram quandoque celeritati exactiōnis præferri jubet, ne temeritatis argui queat.

*l.9. §.6. ff. d. adm. & per. tut. nec facile illico probare licet, ansam collocandi accipiendam pecuniam in promptu fuisse. a. l.9. §.5.6. ff. eod. l. 12. §.f. l. 13. §.1. ff. eod. tutorem usurarum hujusmodi præstatio regulariter non esse onerandum puto.* (b)

(a) CARPZ. p.2. C. 30. d. 30. n.7. (b) Conf. Id. p.2. C.30. d. 31. Id. d. Aſyl. debit. ad incit. redact. tb.30.n.362.ſeq.

## Th. XXI.

Quæ hactenus proposita sunt, & quis tutoris Curatoris-que appellatione in præsenti Dissertatione comprehendatur, & ex quibus usuris usuræ præstandæ sint, explicarunt; nunc ve-ro, antequam ad usurarum, quas tutores solvere compelluntur, quantitatem progrediar, expendi meretur, Num Obligatio ea, ex usuris usuræ solvendi, iis quoque pupillis convenient, qui ditiores sunt, nec adeo solicita pecuniaæ dispensatione opus habent. Certe N. 72.c.6.7. fœnerandi necessitatem Curatoribus remisit, & si super-fit redditus, ex quo sustentari minores valeant, pecuniam cautè reservari potius, quam mutuando periculis exponi, jussit. Qua ratione, cum necessitas usuras in sortem convertendi cesseret, suo abunde satisfacisse officio videbitur tutor, qui ex forte usuras præstat, omni usura ex usuris declinata. Verum quamvis hu-jus Novellæ æquitatem, ob varia fœnebris pecuniaæ pericula, Doctorum haud pauci agnoscant, (a) usus tamen ac observan-tia plerorumque locorum Juri Digestorum inhæret, (b) se-cundum cuius rigorem tutoris eadem obligatio in dictioribus egenibusque pupillis deprehenditur; parum itaque sibi pro-spiciet, qui autoritate hujus Novellæ aut pecuniam usuris expo-nere, aut usuras in sortem redigere omiserit. Ut taceam, non deesse, quæ dictæ Novellæ specialitatem arguant, in primis ob juris correctorii strictam interpretationem & curæ ac tutelæ di-versitatem, cum ad illam unice propemodum respiciat; nisi ex toto Novellæ contexto ejusque cap.3. præcipue generalita-tem illius evincas. a. l.24. ff. d. Leg. (c)

(a) BRUNN.

- (a) BRUNN. ad l. 7. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. n. 19. SCHILT. ad π. Ex. 37. tb. 106. (b) CARPZ. p. 2. C. II. d. 22. n. 4. Id. Jpr. Eccl. I. 2. d. 319. n. 13. sqq. FINCKELTH. Obf. 39. n. 4. sq. Dn. STRYK. d. Caus. Contract. scđt. 3. c. 2. §. 3. RAUCHBAR. Part. 2. q. 26. n. 6. (c) GUDELIN. d. Jur. Nov. I. I. c. 18. §. porro. p. m. 39. RITTERSH. ad Nov. P. 8. c. 6. n. 4.

## Th. XXII.

*Quod ad Quantitatem usurarum attinet, a Tutori vel Curatore ex usuris præstandam, eandem, quam ex sorte debuit, ex usuris quoque dabit, cum illæ in sortem converti debuerint. l. 58. §. 1. ff. d. adm. & per. tut. scilicet usuras pupillares. Jure Civili autem, quales usuræ pupillis regulariter debeantur, explicat l. 7. §. 10. ff. d. adm. & per. tut. quæ in casibus certis centesimas exactas fuissent innuit, alias autem nonnisi quincunces, trientes aut minores, pro consuetudine loci, deberi probat. Unde colligitur in even- tum, quæ quantitas non determinata est, eam, quæ vulgo præsta- tur, pupillis quoque solvendam esse. Ne tamen summa usurarum æquo plus complectetur, lex 26. §. 1. C. d. usur. solicite discrevit casus, quibus tertiam partem, aut quibus bessem, di- midiamve Centesimæ &c. exigere liceat; quod pupillaribus quoque usuris commode applicari potest. Hodie per R. J. d. A. 1654. §. 174. anreichend. generaliter cautum est, usuras ex mu- tuo similibusque causis non nisi quincunces deberi; *Quincun- ces* igitur pupillis quoque præstabit tutor, idemque in Saxonia ob- tinebit, cum non tantum per Rescript. Torg. d. A. 1583. tit. von Wüdher. §. als haben wir. j. Dec. El. 9. eadem quantitas pro- probata sit, verum in novissimo quoque Mandato Reg. & Elect. Sax. d. d. 12. Jul. A. 1702. ex sorte, quæ sub hypotheca debetur, majores accipere haud permittatur. *Quod ad tacitas quoque hypothe- cas applicari fas est.* Nihilominus, si moribus aut lege particu- lari legitime majores usuræ definitæ sint, ea quin peti jure pos- sint, non dubitandum est. a. l. 80. ff. d. R. J. I. f. ff. d. Colleg. & Corpor.*

13. §. 5. ff. d. sepulc. viol. (a) ita Edicto publico d. A. 1701. d. 4.  
Apr. Rex Borussiae semissim Centesimæ regulariter in territo-  
rio suo locum habere voluit.

(a) MEV. P. 4. Dec. 205. n. 7. seq. CARPZ. Jurispr. Eccl. I. 2. d. 319.  
n. 9. RICHT. Dec. 74. n. 5. infin. conf. Dn. STRYK. de Caut.  
Contract. f. 3. c. 2. §. 5.

## Th. XXIII.

*Num autem in illis Regionibus, ubi a determinata Recessibus  
Imperii quantitate receditur, & usuræ majores admittuntur, tu-  
tor, quitaes non promisit, quincuncibus ampliores ex usuris sibi re-  
servatis solvere teneatur, nec ne, merito ambigas. Quamvis enim  
ad consuetudinem loci in hac præstatione respiciendum sit. l. 7.  
§. 10. ff. d. adm. & per. tut. & v. g. semisses, ubi receptæ sunt, conf. l. 30.  
ff. d. adm. vel transf. leg. summo jure petere liceat, exinde tameu  
nondum evincitur, in dubio tales ab iis quoque deberi, qui illas  
suo tempore non obtulerunt. a. l. 7. §. 7. ff. d. adm. & per. tut. Unde  
in eam partem propendo, quæ tutorem satisficeret obligationi sue  
censem, cum Quinque ex Centenis, usuræ nomine, præstat, quia per se-  
misses non sublatæ sunt quincunces; sed ea tantum usurarum  
definita præstatio, quam privatorum conventio excedere pro-  
hibeatur. Quoniam igitur tutor ad gravissimas, quæ solvi pos-  
sunt, usuras haud obligatur, sed, si quas leviores usus recepit, iis  
liberatur illatis. a. d. l. 7. §. 10. ff. d. admin. & per. tut. usuris etiam  
usurarum quincuncibus a tutori solutis ulterius nihil pupillus  
postulabit, licet largiora ex foenore commoda Leges permise-  
rint; siquidem id agendum, ne cura tutoris circa amplificatio-  
nem usurarum magis quam idonea nomina occupetur. Idem  
tamen accipi nolim de iis locis, ubi vi consuetudinis in dubio ex  
mora, nulla licet conventione interveniente, semisses debentur  
aut lege publica adeo confirmatae sunt, ut regulariter solvenda  
veniant, tunc enim ex circumstantiis dijudicanda erit pupillaris  
usuræ quantitas. conf. dict. Mand. Reg. Boruss. S. Vir ordnen. (a)*

(a) v.

(a) v. ANDR. RAUCHB. P. 2. q. 26. n. 23. sqq. HARTM. PIST. l. 1.  
q. 49. n. 24. sqq. TEXTOR. ad R. J. d. A. 1654. D. 14. tb. 84.  
WEHNER. Ob sprach. verb. Bins. BLUM. Proc. Cam. t. 2. §. 17.

## Th. XXIV.

Cum vero, debitorem pupilli moribus hodiernis non plane a tutela excludi, supra fuerit monitum, isque tutelæ judicio de iis quoque teneatur, quæ Patri pupilli debuit. l. 5. §. 4. ff. d. adm. & per. tut. ex usuris, antequam tutelæ admoveretur, inferendis, procul dubio ad usuras solvendas obligabitur, quippe quas durante officio in rationes redigere & collocare debuit. a. l. 38. ff. de neg. gest. Sed de eo nunc difficiendum est, quantas præstare compellendus sit tutor, qui ante suscepsum onus tutelæ graviores debbat, quam pupillares; utrum, posteaquam tutor factus est, ex his quoque usuris graviores pendat, an pupillarium illatione liberetur. Quoniam enim Jure Civili ex loci consuetudine astimabantur pupillares, adeoque vix trientes, minoresve debabantur, quoties ha frequentabantur, facile contingere potuit, ut ad minores adstringeretur, quam præstiterat antea, cum Patris pupillorum esset debitor. Imo quia Mandat. Regium & Sax. Elect. novissimum d.d. 12. Jul. A. 1702. bessales usuras in Cambialibus causis permittit, apud nos quoque hujus questionis potest esse usus. (a) Crediderim itaque hoc casu, cum usuras graviores pupillaribus debbat tutor, non minui illud onus, suscepta tutela, sed easdem, quas ut debitor præstitisset, a tute exigendas esse, usuras quoque ex usuris, clam in propriam utilitatem versis, & que graves deberi, quoties autem in sortem revera legitime sunt redactæ. a. l. 7. §. 10. 19. §. 4. ff. d. adm. & per. tut. j. l. 38. ff. d. neg. gest. aut tutor, cum administrationem tutelæ suscipit, debitum solvit, etiamsi forte pupilli pecuniam deinde crediti titulo legitime accipiat, non nisi pupillares usuras dabit. a. d. l. 7. §. 10. ff. d. admin. & per. tut.

(a) conf. COTHMANN. V. 4. Rep. 41. n. II.

Th.

Verum, licet quincunes usuras capere jura permittant, haud raro tamen creditores vix tres aut quatuor ex singulis centenis sibi promitti curant, cum non omnes debitores in maximas usuras consentiant, sed diversa utriusque contrahentis, suæ utilitati servientis, studia sæpe efficiant, ut in quantitatatem legitimis usuris minorem conspiretur. Hoc itaque casu si debitor ad tutelam perveniat, qui ex sorte, quam pupillis debet, minores quincuncibus Patri defuncti promiserit, perpendendum est, an ea quantitas, suscepto tutoris officio, in majorē commutetur. Quemadmodum autem magistratus arbitrio pecunia quoque pupillaris quandoque sub levioribus usuris tutori relinquitur. a.l.7. §.10. ff. d. adm. & per. tut. j.l.1. l.33. ff. de usur. quoties ratio administrationis id patitur, ita, si debitor, cum tutela onus subiret, conditionem ac qualitatem debiti curatori ad hoc constituto. conf. Nov. 72. c. 2. non dissimulavit, maiores ac eo exigi haud poterunt, quam ante tutelam susceptam presterat. a.l.7. §.5. ff. d. admin. tut. Siquidem in hoc credito ad debitoris potius, quam tutoris, qualitatem recipiendum est, quamvis utraque in eandem personam concurrat. a. d.l. l.38. ff. d. neg. gest. j. l.7. ff. quemad. testam. aper. l.22. ff. d. his, que ut indign. l.26. C.d. adm. tut. (a) Cui sententiae non obstat, quod quincunes usuræ regulariter pupillis solvantur: nam optio relinquenda tutori, utrum suo tempore solvendo se exonerare, an in crediti usuras graviores consentire malit. a.l.54. ff. d. adm. tut. qui si prius elegerit, invitus compelli ad majorum usurarum illationem haud poterit. a.l.11. C.d. contrab. emt. l.5. C.d. O. & A.

(a) JOHANN. RONCHEGALL. ad l. si reus. 13. ff. d. duob. reis. n. 8. HARTM. Pif. l.1. q. 24. n. 52.

Videamus nunc, utrum, que ex Centesimis Usuris renascuntur, usuræ, Centesime quoque sint, an vero pupillarium quantitatem non

non egrediantur. Quotiescumque tutor numerios pupilli in proprios usus vertit, aut pecuniam negat penes se esse, at contra ipsum est pronunciatum, Leges in pupillaribus usuris non subsistunt, centesimas à tute exigeant. l. 7. §. 4. 10. ff. d. adm. & per. tut. l. 38. ff. d. neg. ges. quas gravissimas appellat d. l. §. 8. maximas. l. 54. ff. d. adm. & per. tut. legitimas autem. d. l. 7. §. 7. l. 3. C. arb. tut. l. 1. C. d. pupill. us. j. l. 1. §. 3. ff. d. pign. & hyp. (a) Quid si vero centesimas hasce tutor non solverit, nec in sortem redegerit, *an ex iis usuris, quas retinuit, ad centesimas obstringetur?* Evidem, *avarus ut mox ex Centesimis non ignotum fuisse Romanis, sunt qui ex Cicerone colligant,* (b) usuramque centesimam, a tutoribus propriis usuribus retentam, ad imitationem sortis, ejusdem quantitatis usuras parere contendenti quodammodo subvenit Juris ratio, quæ promissas ad tempus usuras, quamdiu sortis creditum permanserit, deberi evincit. l. 12. ff. d. usur. (c) cum instar sortis quodammodo reliquum illud usurarum sit. Veruntamen, quoniam id agendum, ne usurarum augmento nimis premantur tutores, apud quos sola earum retentio locum clandestinæ versionis in rem propriam, haud occupat. a. l. 54. ff. d. adm. & per. tut. & ne sortis quidem pupillaris usus semper jus exigendi centesimas usuras producit. d. l. l. 7. §. 10. ff. eod. quippe quæ poenam quodammodo complectuntur. a. l. 38. ff. d. neg. ges. l. s. C. d. usur. rei jud. in poenalibus autem benignior interpretatio præferenda. l. 15. §. f. ff. d. R. f. j. l. 1. l. 13. ff. d. usur. quincunces usuras ex istis usuris peti hodie regulariter posse existimo. a. d. l. 7. §. 10. d. l. 1. j. l. 26. §. 1. C. d. usur.

- (a) Conf. BACHOV. ad Trentl. V. 2. D. 3. tb. 4. lit. a. CORAS. ad t. J. d. Action. §. plus autem. lit. n. (b) CIC. ad Att. l. 5. ep. ult.
- (c) CARPZ. p. 2. C. 30. d. 5. SAND. l. 3. t. 14. d. 4. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 24. d. 1.

### Th. XXVII.

Quoties vero Centesimas, quas debuit solvere, Usuras, tutor contra imperium Magistratus retinuit, easque, dictato usurarum centesimarum onere, in eventum moræ, deponere jussus  
E haud

haud depositus, sed in usus privatos convertit, non secus atque ex sorte alia centesimas pendet secundum Juris Civilis Principia. a. l. 7. §. 7. 10. ff. d. admin. tut. j. l. 38. ff. d. neg. gest. l. 3. C. arb. tut. Quamvis autem non desint, qui de Centesimalis Usuris haec tenus dicta Jure Codicis abrogata esse sibi persuadeant & L. 26. §. 1. C. d. usur. gravissimam hanc præstationem sustulisse putent; (a) ab ea tamen sententia merito recedunt, qui d. l. ad usuras ex conventione auctora debitas restringunt, (b) cum restrictiva interpretatio correctoriis Legibus adhibenda sit. a. l. 27. C. d. testam. & centesimalium usurarum in ipso Codice non semel fiat mentio. l. f. C. d. usur. rei jud. quæ per legitimam usuram exprimuntur l. 1. C. d. usur. pupill. l. 3. C. arb. tut. & poenam illiciti tutorum facti continent. l. 7. §. 3. 10. ff. d. adm. tut. (c) Interim de Germania consuetudinibus non est res satis expedita. Licet enim nonnulli Dd. bodie ad centesimas usuras tutorem obstringant, (d) imo in regionibus quibusdam inter mercatores hæc quantitas permittatur; (e) alii tamen ab hoc rigore recessum esse contendunt. (f) Quæ sententia & favore dignior & Legibus Imperii, quincunces introducentibus, optime convenire videtur. a. R. J. d. A. 1600. §. 139. d. A. 1654. §. 174. verb. weiter nichts als fünff. j. l. 1. ff. d. R. C. l. 5. §. 3. ff. d. O. & A. Torgau. Ausschreib. d. A. 1583. t. von Wucher. §. als haben wir. verb. und nicht darüber. Unde in eam pronunciavit Fac. Jur. Lips. M. Januar. A. 1701. qua ratione tutor, et si in usus suos pupilli pecuniam converterit, usuras non nisi quincunces & ejusdem quantitatis usurarum usuras, juxta normam d. R. J. & Rescr. Torg. præstatbit. conf. Dec. El. 9.

(a) RITTERSHUS. ad Nov. P. 8. c. 6. n. 21. MEV. ad Jus Lubec. l. 1. t. 7. a. 7. n. 12. (b) BRUNN. ad l. 1. C. d. pup. usur. n. 4. (c) GOTHOFRED. ad. d. l. 1. lit. s. (d) SCHILT. ad ff. Ex. 37. §. 105. Conf. BRUNN. ad l. 38. ff. d. neg. gest. n. 3. BORCHOLT. d. usur. t. 4. n. 27. (e) GUDELIN. d. Jur. Nov. l. 3. c. 3. verb. cum. p. m. 97. Conf. Mand. Reg. Poi. & El. Sax. d. d. 12. Jul. 1702. (f) RAUCHBAR. P. 2. q. 26. n. 27. seq. MEV. l. c. Conf. HAHN. ad §. indaganda. Instrum. Pac. c. 3. d. pension. n. 26. seq. Th.

Jam expendendum erit, utrum duorum mensium laxamentum, quod Tutori ab usurarum præstatione Leges concedunt, eidem ad usuras ex usuris solvendas cogendo quoque subveniat; ita ut binis mensibus pecuniam pupillarem vacasse jure excipere possit. Ubi attendenda videtur diversitas, num tutor clam in suos usus pecuniam pupilli converterit, an vero eam legitimo modo acceperit. Priori casu ex tempore versionis, ob facti odium, ipsi beneficium hoc non prodeſſe, manifesti juris est. l.7. §.17. ff. d. adm. & per. tut. j. l.54. ff. eod. cum fine remissionē usuras præſtare jubeatur. d.l.7.(a) usuræ igitur usurarum pari ratione current iisdem fruenti. a.l.32. ff. ad. L. Aquil. Idem tamen de posteriori casu haud aūſim dicere. a.d. l.54. Nam qui usuras, quas debet, haud solvit, nec in ſortem convertit, non statim videbitur eas in suas utilitates vertiffe, quippe quod non præſumitur. l.7. §. 4. ff. d. adm. tut. & ſatisfecifffe ſuo officio exiſtimabitur, ſi circa lapſum hujus legitimi intervalli eadem aut aliis crederit, aut ſub usuris apud ſe collocaverit. a. N.72. c. 6. (b)

(a) CHRISTIN. V.3. Dec. 167. n.4. CUJAC. Obſerv. l.5.c.12. (b) Conf. RITTERHUI. ad Nov. Part. 8. c. 6. n. 13. seq.

Atque hac ratione durante tutela vel cura pupillis minoribus usurarum usuræ præſtandæ ſunt. Nihilominus finita etiam tutela in diem judicij accepti usuras pupillares ſolvendas eſſe a tutori docet l.46. §. 3. ff. d. adm. & per. tut. ex quo recte Dd. inferunt, finita tutela usuras currere, que antea currebant, uſque dum rationes redditæ fuerint. (a) Nolim autem exinde concludere, usurarum quoque usuras pupillum exigere poſſe: aliaſ enim finita tutela usuræ inciperent currere antea non debitæ, & tutor, jam administratione ſolatus, oneraretur neceſſitate usuras in ſortem convertendi. Quod inprimis iniquum videri poterat, quoties tutor non eſt in mora, ſed aut pupilli cunctatio aut administrationis & rationum difficultas reliqua reſtituendi facultatē impedit. a.l.f.C.d.us.pupill.

(a) BARTOL. ad l.46. §.3. ff. d. adm. tut. GOTHOFRED. ad eand. leg. lit. O.

Quia vero non raro accidere potest, ut usura, quam tutor cum usuris solvere jubetur, sortis quantitatem egrediatur, dubitari poterat, annon ab iis, quæ legitimum modum transcendunt, absolviqueat. Pro liberando tutori pugnabit prohibitio generalis. l. 26. §. 1. ff. d. cond. ind. l. 27. §. 1. C. d. Usur. N. 121. c. 1. 2. Ita quidem ut, particulari solutione singulis annis facta, hanc determinacionem juris egredi non licet. a. d. N. c. 2. j. N. 138. (a) usura igitur, quatenus tales, exceptionem à regula haud producent. (b) Sed quia memorata prohibitio ad præstationem ejus, quod interest, haud extendenda. a. l. 2. §. 8. ff. de eo, quod cert. loc. Dec. El. 29. verb. als ein Interesse, so auch ultra alterum tantum bezahlet werden müßt. (c) cuius vicem debita ex administratione tutelæ usura, non paucis in locis occupat. Dec. El. 9. toties, quoties hec accessio vel in star interessit, vel illius jure ex Legis aut consuetudinis autoritate censetur, non finiri eam præstationem puto, quando memorata usura est sorti ex aquata. (d) Apud Saxones multo minus hac ratione sublevabitur tutor, cum Dec. El. 29. usuras eo saltem casu pristinis limitibus coercent, quo creditor sortem oblatam accipere recusat, qui in persona pupilli non æque facile, ac in creditoribus aliis, contingit; ubi vero ex sorte omnis usura adhuc est residua, requisitum judicialis interpellationis, ad cursum usurarum ultra sortis quantitatem continuandum, desiderabis, nisi jura in mora debitores pupillorum ex re constituentia. a. l. 3. C. ex quib. caus. in integr. restit. l. 26. §. 1. ff. d. fideicomm. libert. (e) vicem interpellationis judicialis subire posse putes.

(a) SAND. l. 3. t. 14. d. 5. verb. porro. CARPZ. Pr. Cr. q. 92. n. 45. sq.  
CUJAC. ad N. 121. BACHOV. ad Treutl. V. 2. D. 3. tb. 5. l. a.  
WISSENB. ad ff. P. 1. D. 42. tb. 23. Diss. FINCKELTH. obs. 40.  
n. 8. & 18. (b) TABOR. d. alter. tant. P. 4. art. 1. SAND. l. c.  
verb. an eadem. (c) BERL. P. 2. C. 38. n. 37. CARPZ. p. 2. C. 30.  
d. 28. id. l. 4. Rep. 48. n. 2. sq. PHIL. ad Dec. El. 29. Obs. 2. n. 6. Diss.  
BRUNN. ad l. un. C. d. sent. que pro eo, quod interest. n. 11. sq.  
MEV.

MEV. p.7 Dec.2. (d) PHIL. ad d. Dec. El. 29. obf.3. FINCKEL-  
THUS. obf.40. n.25. (e) CARPZ. p.2. C.30. d.23. ANT. FAB. in  
C.l.6.t.24. d.14. ARUM. d. Mora. c.4. n.1. f.9.

## Th. XXXI.

Dictum est, quæ sunt usurarum usuræ, quas a tute  
pillus potest exigere, nunc considerandum venit, quæ Jura ac pri-  
vilegia securitati exactionis prospiciant. Crediderim autem, in du-  
bio, Beneficia, quæ Leges sorti pupillari tribuerunt, ad usuras quoque ex  
sorte aut usuris debitas pertinere. Unde jus tacitæ hypothecæ, quod  
a tempore administrationis suscepit vel suscipienda. l.20. C. d. ad-  
min. tut. j. l.6. §. f. C. d. bon. que lib. l.15. C. d. excusat. (a) aut secundum  
Jus Saxonicum post impetratam confirmationem (b) pupillis mi-  
noribusve in bonis tutorum ac Curatorum tributum est. O. P. S.  
T.45. §. Ob auch wohl, usuris usurarum perinde ac sorti pupillari  
cavebit. a. dd. ll. Ex quibus si tutor sibi quid comparaverit, vindic-  
andi facultas commemoratis personis haud deneganda videtur,  
quarum pecunia res comparata est. l. 7. ff. qui pot. in. pign. l.2. ff. quand.  
ex fact. tut. nam usuras quoque solutas ad nummos pupillares re-  
ferendas esse existimo. l.7. §. 12. ff. d. adm. & per. tut. l.2. C. d. usur. pu-  
pill. Porro, qua actione intuitu reliqui patrimonii tutor conveni-  
ri a quondam pupillo potest, eadem usurarum ex usuris nomine  
tenetur: Judicio enim tutelæ residua restituere compellitur, qua  
appellatione usuræ quoque, & quæ subnatæ sunt ex iis usuræ, com-  
prehenduntur. a.d.l.7. §. 12.

(a) BACHOV. d. pign. l. 1. c. 9. n. 5. BERL. P. I. C. 67. n. 18. ANT.  
FAB. in C.l. 8. t.7. d.1. (b) CARPZ. p.1. C.28. d.114. ZIEGL. ad  
O. P. S. t. 45. verb. und die Mündlein.

## Th. XXXII.

Præterea peculiare Privilegium, quod in Dec. El. 9. usuris pupilla-  
ribus concessum est, ad nostras applicare licebit. Cum enim secun-  
dum Juris Electoralis Sax. placita, quæ a Jure Civili. l.18. ff. qui pot.  
in pign. (a) hac in parte recedunt, in Concurso Creditorum usuræ  
non nisi soluta omni sorte prætentur. O. P. S. t. 50. §. Es ist aber

auch hierbei). (b) etiamsi quis ratione usurarum hypothecam sit consecutus. d.S.O.P.S. verb. Ob wohl alle &c. (e) pupiliis succurrere voluit Lex, &, ne ex omisâ a tutore solutione ipsorum causa fieret deterior, pio instituto prospexit, ut, quoties tutor in rem suam converterit pupillares nummos, eosve per negligentiam non elocaverit, usuræ juxta ordinem prærogativa una cum sorte adjudicarentur. (d) Quod ad usurarum usuras jure applicari poterit, quotiescumque ex usuris in rem versis aut in fortè non commutatis ad usuras tutor compellitur. a.l.7. §.3. ff. d. adm. & per.tut. l.58. §.1. ff. eod.c.8. X. d. consuet. atque ita in casu usurarum a tutore, per rationes exhibitas, in fortè apud se conversarū pronunciatum a Dominis Scabinis Lipsiensibus ad requisitionem Prætorii, quod hic est, M. Oct. A. 1668. auch/ gestalten Sachen nach/von denenjenigen jährlichen Zinsen so der Schuldner innen behalten und in folgende Rechnungen als Capital in Einnahme geführet / hinwie-derum Zins/nach Anleitung der sol. Act. 455. V.i. befindlichen Rech-nungen/ ebenmässig in der VII. Classe anzusehen. Quod si vero mu-tuum vel ante tutelam susceptam, vel durante eadem, vel finita, hoc modo sit datum retentumive, ut creditum in tutela admini-strationem plane non caderet, sed in eo extranei jura generaliter obtinerent, non tutoris. a.l.54. ff. d. adm. & per.tut. N.72. c.2. Dec. El. 34. quin, ratione Dec. El. 9. deficiente, illius quoque decisio ces-set, adeoque usuræ, quæ debentur, naturam ejus, quod interest, haud induant, nullus ambigo. a.N.18. c.5. l.14. l.16. ff. d. Leg. (e)

(a) MEV. P.8. Dec. 464. CARPZ. p.1. C.28. d. 160. BRUNN. ad l. 18. ff. qui pot. in pign. n.1. BERL. P.1. C.66. n.8. COLER. d. Prog. Exec. P.1. c. 10. n. 116. conf. RICHT. d. Jur. & Priv. Cred. c. ult. n.43. sq. PHIL. ad Dec. El. 8. Obs. n.11. sq. (b) RICHT. Dec. 74. n.55. ZANGER. d. Exec. P.3. c. 25. n.47. sq. HEIG. P.2. q.6. n.13. (c) CARPZ. p.1. C.28. d. 162. n.1. sqq. PHIL. ad d. Dec. El. 8. Obs. 7. (d) id. ad Dec. El. 9. Obs. un. n. 11. sqq. (e) conf. id. l. c. n.8. CARPZ. l.4. Resp. 45. n.16. VOET. ad Pand. t. d. usur. n.20. PETR. MULLER. de Pecun. Pupillar. tb. 43.

Th.

Cum vero, quando ad Concursum Creditorum pervenitum est, ordinis ac prærogativæ jura haud raro parum pro sint creditoribus, & ob deficientes debitoris facultates, optimo jure competentes actiones inanes reddantur, saluberrimo consilio indemnitatii pupillorum per Fidejussiones prospici jura communia voluntur. l. 4. §. 1. ff. rem pup. salv. j. R. f. d. A 1577. t. 32. §. 2. 3. Quos uti LL. peculiari vinculo constringunt. l. 4. §. 5. ff. d. fidej. & nom. l. 5. ff. rem pup. salv. ita ad usurarum quoque usuras a tute debitas in subsidium eos teneri existim, quod enim in tutelæ judicium venit, hoc etiam ista obligatione continetur. l. 9. ff. eod. Ex quo colligitur diversitas fidejussionum, qui aliis obligationibus simpliciter exhibiti sunt, & in id tantum obligantur, quod debitor principalis debuit tempore fidejussionis interpositæ. l. 10. C. de fidej. (a) eorumque, quos tutor pupillo dedit: nam hos in omnem causam teneri certum est. l. 3. ff. d. fidej. & nom. l. 9. l. 10. l. 11. ff. rem pup. salv. (b) adeoque ipsorum obligatio æque late ac tutoris patet, & usurarum usuras quoque complectitur. a. dd. ll.

(a) CARPZ. p. 2. C. 19. d. 8. (b) VINN. S. Q. l. 2. c. 10. FRANC. d.  
Fidejusor. c. 5. n. 45.

In subsidium pupillis devincitur Magistratus. §. 2. J. d. satis dat. tut. l. 4. C. d. magistr. conv. l. 1. §. 15. ff. d. tut. & rat. distrib. qui, quoties dolo vel culpa circa tutores constituendos aut fidejussiones exigendos male versatus est, ad omne damnum hinc descendens resarcendum tenetur. l. 1. §. 6. l. 5. ff. d. mag. conv. Quando itaque ratione usurarum, quas ex usuris tutor debuit, non satis cautum pupillo, magistratusque hac in parte suo non est functus officio, ab ipso usura exigiri poterunt, cum etiam usurarum nomine Magistratum conveniri posse l. 5. ff. d. mag. conv. evincat. Quam actionem hodie sublatam non esse puto, (a) cum publice intersit, jura pupillorum non tolli, nec ea, lege aut consuetudine contraria, inveniantur abolita. a. l. 27. C. d. testam. l. 32. §. f. C. d. appellat.

(a) WISSENB. P. 1. Diff. 53. tb. 8. HAHN. ad WESENB. t. d. magistr. conv. n. 1. CARPZ. p. 2. C. 11. d. 41. PHIL. Uf. Pr. Inst. Eccl. 89. n. 5. Diff. GOTHOFR. ad rubr. C. b. t. RITTERSHUIS. ad Nov. P. 8. c. 9. n. 21. TREUTL. V. 2. D. 9. tb. 7. l. 8. j. SAND. l. 2. t. 9. d. 9. Th.

*Restat ut paucis indagem, utrum Administratores Ecclesiae, Rei Publicae, Tutorum Curatorumque instar, ad usurarum usuras obligentur. Affirmativa sententie accedi cupiunt exequata quodammodo jura locorum istorum cum minoribus c.i.c. 3. X.d. restit. in int. l.3. C.d. Jur. ReiP. l.4. Cex quib. caus. maj. conf. O.P.S.t. 45. §. S. s. sind auch. (a) dummodo haec usuras ex usuris praestandi necessitas non extendatur ad quoslibet Reip. aut Ecclesiae administratores, sed ad eos restringatur, qui rationibus obnoxii sunt & usuras in sortem convertere aque ac tutores jubentur. Licet enim jus singulare ad alios casus referri non debeat, eadem tamen ratio aequali jus desiderat. a. l. 32. ff. ad L. Aquil. l.3. ff. ad L. Pompej. d. parricid. j. l. 13. ff. d. leg. & aequitas summa Ecclesiae ac ReiP. a. l. 6. l. f. pr. §. f. ff. d. admin. rer. ad civit. pert. ita consuli, ne administrator ex facultatibus alienis locupletetur, vel dolus aut culpa eius impunita relinquatur, postulat.*

(a) GROENEW ad l.28. C.d. usur. n.2. BRUNN. Cent. i. Dec. 73. n.4. Id. ad l.7. §. 12. ff. d. adm. & per. tut. n.25. conf. EVERHARD. loc. leg. a min. ad eccles. n.7. CARPZ. l.4. Rep. 46. n.5. it. Rep. 49. n.9. Id. Jpr. Confist. l.2. d. 319. n.11. seq.

Denique, cum incertus Fori Ufus Actorem facile in praesenti controversia ambiguum reddere queat, pro eo *Cautela instar erit indagasse: Num libellum ad interesse dirigi, atque, ad declinandam illius probandi difficultatem, quinque ex singulis centenis, de quo supra dictum, peti expediat.* Cum quo monito filum abrumpo Dissertationis, quam de fatis controversa inter Dd. quæstione pro ingenii modulo conscribere licuit. Secutus sum eam sententiam, quam aequitas ac Juris ratio suadere, pupillorum utilitas & officium tutoris propemodum exigere visa fuit, salva tamen semper Dissidentium autoritate, forique, ubi certa est, observantia, quæ tum imprimis, quando tutor egestatis, aliusve calamitatis aut circumstantiae intuitu commiserationem meretur, incommodumque pupillorum inde descendens tolerabile deprehenditur, laudari potest. Brevitatem temporis & instituti angustia Thematisque ratio imperavit, cui quatenus exalte satisfacere non potui, conatum saltē non improbabis, L.B. & benigni Creditoris instar tenues Studiorum primicias exhibenti, ac debiti, quo communī utilitatī omnes obstringimur, qualescumque tantum usuras, non statim ipsam formem, offerenti favebis. Tibi vero, Æterne rerum humanarum Arbitre, pro suppeditatis viribus devotas persolvo gratias, ac Tutelæ & Providentiae Tuæ, qua imbecillitati hominum succurris, futuros rerum mearum successus supplici prece commendō.

[ 83 ] o [ 83 ]






**ULB Halle**  
005 362 261

3







DISPUTATIO JURIDICA  
*DE*  
**TUTORE ET  
CURATORE AD  
USURAS EX SUO  
DEBITO USURARUM  
OBLIGATO,**  
*QUAM*  
**CONSENSU**  
**MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS**  
*IN*

IN  
ILLUSTRI ACADEMIA LIPSIENSI  
P R A E S I D E  
**DN. D. LÜDERO MENCKENIO,**  
SUPREMÆ CURIÆ PROVINC. ET FACUL-  
TAT. JURID. LIPS. ASSESSORE  
NEC NON PROF. PUBL.  
**PATRONO ATQVE PRÆCEPTORE SUO**  
ÆTATEM DEVENERANDO,  
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI  
S U B M I T T I T  
A. G. R.

JOHANNES JACOBUS BOSE, LIPS.  
KALEND. MART. A. M DCC. III.

L I P S I A E,  
Literis IMMANUELIS TITII

<sup>3.</sup>  
St. Dr. Peter  
etiam.

1353